q̃ hec non est sententia iuris a qua non li
cet appellare. c. q̃ de app. sed iudicis decla
rantis que est hois. Facit ad hoc glo. nõ. in
c. cupientes de elec. li. 6. Et hoc verum nisi
sit notorius excessus q̃ notorius crimino
sus nõ auditur appellans. facit qd notat. In
no. in. c. ex parte. el. 2. de v. si. qui dicit q in
notorijs nõ requiritur ꝓprie sententia. sed
fit quedaz iuris executio ⁊ tex. in. c. qm̃ de
fi. presbi. Quod limito verũ quando exces
sus ẽ ita notorius q nulla tergiuersatõe põt

celari.

9 Quis pōt appellare. R. ille cuius interest al'p aliū facta nō vz. l. i. ff. d ap. ñ re. τ. c. ex ore de hijs que fi. a ma. p. ca. nisi qñ ꝓuocaret pro eo q ducit ad supplicium. vt. l. non tantum. ff. de ap.

10 Utrū religiosus possit appellare. R. q ñ a correctione suoꝝ prelatoꝝ si fiat fm statuta ordis vel rle. c. ad nram. τ. c. reprehensibil' de ap. τ. c. cum speciali. eo. ti.

11 Utrū appellatio extiudicial' sic ānullet p⁹ facta sicut iudicial'. R. fm Inno. in. c. ex pte el. i. de. v. si. q sic facit. c. ad audiam de ap. In hoc tñ ē dr̄ia fm eundē Inno. in. c. i. de hijs q fi. a ma. p. ca. qꝛ iudex q procedit i forma iudicij dz audire lītimas exceptōes τ nisi audiat iuste appellat ab eo. Sed secus est in eo q ñ vt iudex: sed vt priuata psona pfiē factū suū. qꝛ iste in forma iudicij nō ꝓcedit nec ꝓcedere pōt. τ iō ñ dittet qn pficiet factū sup quo appellat. nec reuocabit nisi ꝓbet vitas cāe. τ ec iputabit ei si ñ audit ꝯdictōez vel appellationē aduersarij nisi ꝓbet veritatē cāe appellatōis. vt d elec. c. cū dilect⁹ τ melt⁹. c. cū inē cāonicos iūcto qd nōr in. c. i terposita in glo. in. v. sed ēt de ap. Et sic collige q appellatio extiudicial' dz fieri ex cā ꝓbata a iure vel ciuili: vel ꝯsuetudinario: l' canonico. Secundo q tenent gesta ēt post appellatōnem ipsā: nisi approbata veritate cāe. Tertio nō. q eo ipso approbat veritas cāe q ñ probat ꝯriū. Quarto q snia excōis ñ tz post appellatōez ex cāis lrīs iterpositā: ēt si ñ ꝓbatur veritas. Qd quartū ē spāle in excōe τ ꝯ supradicta. Et ē rō. qꝛ nūq dz qs excōicari nisi cā ꝓbet. 2. q. i. nemo. de hoc vide Inno. in. c. dilectis filijs de ap. qui in hoc concordat.

12 Ubi τ a quo ē appellandū. R. q a iudice q pronūciauit τ vbi ius reddi ꝯsueuit. Maz rlr q ad cās agēdas ptinēt i eo loco dnt fieri τ agitari. ff. de inter. ac. l. voluit. §. qd ait τ corā iudice qui sniaz tulit. si eius sit copia nō p vicos vel ortos. ff. qñ sit ap. l. i. §. dies. Et si nō vult iudex recipere appellatōez punit. l. iudicibus. τ. l. qm. C. eo.

13 Ad quē est appellandū. R. ad superiorē τ gradati. ff. eo. l. imperatores. τ. C. eo. l. ad dictos. Si vero a delegato appellat ad delegantem. C. eo. l. precipimus. §. eoꝝ. Si āt a delegato delegati seruet forma posita. C. q pro sua iurisdi. l. vnica in fi. τ i glo. ibidē: Et ppea dat cautelā. Ra. ful. in. l. eo cāu. C. de ap. q eps vel alius ordinari⁹ delegel cāz qꝛ si appellat a snia: deuoluet ad ipm q iteꝝ delegel cām appellatiōis q pōt delegari. vt l. cū post sniam. C. de ap. nō. glo. τ Ange. i l. eos in principio. C. eo. ti.

14 Qualiter ē fienda. R. si in ꝯtinēti fit: sufficit viua voce sine scriptis. C. eo. l. 2. τ. l. littigatoribus. Si fit in cōtinēti tūc dz porrigere libellū appellatoriū. ꝯ. x. dies vt dixi. Qui libellus dz ꝯtinere nomē appellantis τ eius aduersariū τ nomen iudicis a quo τ ad quē appellat. Hec notat. l. i. §. fi. ff. eo. forma sic. Ego Ticius dico sniam nullā quaz tulistis dñe iudex. B. ꝯ me: cōdēnādo me sempronio in. x. libras psoluendas. τ si aliqua est. ego sentiēs me grauatū ad talē iudicē appello inscriptis petens aplos τ c̄.

15 Utrū appellare liceat. R. q sic qñ fit ex cōfidentia iuste cāe: vel ad declinandū indebitū grauamen iudicis. qꝛ hoc fit auctoritate iuris. τ qd fit iuris auctoritate ñ hz calūpniam. Et q liceat appellare ex cāis expressis hētur in. c. pastoral' de ap. Si vero appellet qs cāe afferende more. τ aio agrauandi aduersariū sic ñ pōt fieri sine peccato mortali si ē in notabile detrimētū ꝓximo τ tenet ei ad restōnem. 2. q. 6. c. qcunqz ꝓcoꝛ. Tho. 2a secunde. q. 63.

16 Nō. q timens iniuriā inferri sibi ab aliq̄ iudice τ accipiēs iter eūdi ad principē pcipiat illi ne sibi iniuriā inferat p hoc vr̄ positus sub ꝓtectōe principis vt sic istud pceptū cū arreptōe itineris hēat vis cuiusdā appellatōis extiudicial'. Facit qd notat Bar. in. l. d pupillo. ff. de no. ope. nū. τ Inno. τ Io. an. in. c. vt debitus de ap. facit. c. dilecti in ar. de ap. q arreptio itineris ad superiorez ꝯstitut eū sub eius ꝓtectōe. τ sic punit inferēs tali iniuriā dū ius ꝯtēnit τ eū sub cuius ꝓtectōe se posuit. vt nōt Pa. i. c. i cāis d ele.

Apostasia

Apostasia fz Ale. 2a secunde tractatu de apostasia ē temerarius astatu fidei: obie ecclīastice vel religiōis recessus. Et sic collige triplicē apostasiā. vt ēt nō. glo. i. c. i. de apo. In pria fuit Julianus apostata. vt i c. Julianus. ii. q. 3. τ quicunqz recedit a fid 2. q. 7. nō pōt. Et isti fm Host. in. d. c. i. sunt vere heretici. τ in ipsis hñt locū oia iura. d hītīcis ex quo pz q ipso facto sunt excōicati. c. excōicamus de hereti. el. i. τ 2o τ ita tz Inno. in. d. c. i. nec testm̄ facere pñt. vt. ꝯ. testamentū. §. i. In 2a sūt oēs xpiani q nolūt obedire suis plātis ecclesiasticis. 8. q. i. sciēdū. Sed aduerte q aut iste inobediēs iō nō obedit pape: seu canonibus. qꝛ nō credit q hēant ptātem ꝯdendi canones τ iste dz pu

niri.vt hr̃ticus.19.di.nulli fas ẽ.⁊ ibi dicit. Hu.ꝙ ẽ excõicatus ⁊ hr̃ticus ⁊ scismatic⁹ c.lꝫ de elec.c.excõicamus de hr̃.c.i.de scis. ⁊ pau.in cle.i.de eta.⁊ qua.dicit ꝙ ẽ infãis ⁊ notat glo.6.q.i.infames.⁊ glo.i.d.c.gen̄ rali de ele.li.6.⁊ ibi Genu.Aut iõ ñ obedit ñ qꝛ nõ credat eũ hr̃e ptãtem.sꝫ qꝛ ꝯtẽnit. ⁊ tal' grauiter dꝫ puniri.d.c.nulli fas ẽ.Si v̾o nõ vult obedire ex quadã ꝯcupiscẽtia q̃ ipꝫ tꝫ.tunc mitius punit̃ de quo vide.ĩ.inobia i ꝑn.In.3.sunt large oẽs q perdũt deũ ꝑ pec catuꝫ mortale iuxta illud.38.di.c.si.⁊ Eze. Ecce ego mitto te ad gẽtes apostatrices ⁊c̃. Proprie v̾o in ista tertia spẽ sunt apostate illi q recedunt ab ordine suo:sine sũpte reli gionis.vt in.d.c.i.⁊.50.di.c.vlt.de quibus loquitur Aug.47.di.c.quãtũlꝫ.dicens.Nũ ꝙ̃ peiores ꝙ̃ q in monasterijs defecerunt. Pro cui⁹ declaratõe q̃rẽda sũt aliq̃ dubia.

1 Utrũ clericus i sacris q dimittit solũ hitũ sit apostata.R̷.Pa.i.c.tuc de apo.ꝙ sic.ar. c.i.de voto.li.6.Secus si esset in minoribus ſm Inno.i.d.c.tue.lꝫ alij ꝯriũ teneant.s.ꝙ sint apostate tales exñtes in minoribus.Sꝫ mihi.plꝫ opi.Inno.ꝙ ñ ꝑ rõnem quã facit Pa.in.d.c.tue.qꝛ i.c.vltio de vi.⁊ ho.cle. nõ punit̃ solũ ex desertõe hitus.nisi dittant ⁊ tonsurã.⁊ ꝑ oia incedant vt laici. Et hoc veꝝ nisi tales exñtes in minoribus hẽant be neficiũ.qꝛ si tenẽt bñficiũ ⁊ dittunt hitũ:sũt apostate.d.c.si.50.di.⁊ qd̃ ibi notat̃.

2 Utrũ peccent clerici apostatãtes.R̷.Alex. vbi.s̃.ꝙ sic in pria vice.qꝛ faciunt ꝯ illd̃ qd̃ dixerunt.Dñs ps hr̃ditatis mee ⁊c̃.ñ tñ po stea si sunt in minoribus tñ.nec credo ẽt ꝙ tales peccẽt mortalr̃ taliter apostatãdo ꝑ.c. vltimũ de vi.⁊ ho.cle.⁊ ꝑ.c.Johannes de cle.ꝯiu.⁊ qd̃ notat glo.i.d.c.tue.nisi retine rent bñficiũ si qd̃ hẽbant.qꝛ nullũ votũ nec ꝯ aliqd̃ ꝑceptũ faciunt.Et ꝑpea dicit Alex. vbi.s̃.ꝙ nõ efficiunt̃ infames si solũ erãt in minoribus:sed alij apostate sic.3.q.4.si qs ⁊ suo.11.q.3.si ãt Ri.tñ in.4.di.24.lꝫ ꝙ etiã hñs primã tõsurã ñ põt eã deserere sine pec cato mortali.Qd̃ limitat v̾v̾.nason verum nisi cã rõnal' eũ moueat ad dimittẽdũ:sꝫ qñ solũ ex sola libidine laicãdi deserit tũc pec cat mortalr̃.Sꝫ ꝙ ñ peccet mortalr̃ vr̃ veri⁹ ꝑ iura palle.Alij ãt q sunt in sacris:sꝑ sunt i peccato mortali.⁊ sũt cohercẽdi vt redeãt ad assumendũ hitum ⁊ tonsurã.vt i.d.c.tue Quõ ãt si vxorẽ accepit.dispẽsatur cũ eo.vi de.ĩ.Bigamia.§.8.⁊.9.

3 Utrũ i minorib⁹ ordinibus exñtes possint renunciare clericatui.R̷.Pa.in.d.c.tue ꝙ nõ verbo.vt in.c.si diligẽti.de foro compe. sed facto sic:exercẽdo actũ oio ꝯriũ clerica tui.vt nõr i.c.i.de aposta.vel qñ mõitus vlt̃ resipiscere.Et idẽ in alijs casibus a iure ex pressis.De quo dic.vt.ĩ.Excõicatio.5.casu primo.§.22.cum se.

4 Utrũ religiosus recedẽs incõsulto ꝑlato suo ⁊ nõ subiciẽs se alterius obie sit aposta ta ꝓprie.R̷.ſm Inno.in.c.si.de renun.⁊ in c.intelleximus de eta.⁊ quali.ꝙ sic quantũ cumqꝫ retineat habitum ⁊ tonsurã.qꝛ opor tet ingrediatur monasteriũ si vult euitare a postasiam.de quo nõr in.c.ex pte de tẽpo. or.⁊ in.c.Johannes de regula.

5 Utrum religiosus intrans mõaster iũ ma gis latũ sit apostata.R̷.glo.in.c.si.de apo.⁊ in.c.ex parte de tẽ.or.ꝙ non proprie.an au tem large sit apostata vide.ĩ.Religio.§.34.

6 Utrum recipiens ordinem sacruꝫ in apo stasia proprie habeat ipsius ordinis execu tionem sine dispensatione.R̷.Pa.in.c.si.ꝺ apo.ꝙ non si erat religiosus apostata quan tumcunqꝫ peniteat.⁊ solus papa dispensat cum eo.Secus si minorem tantum suscepis set.quia episcopus posset dispensare.Hoc intelligo si non sit religiosus exemptus.qꝛ super exemptum nullam habet eps̃ auctori tatem.vt patet.ĩ.Exemptus.§.6.Fallit hoc si in tali apostasia dimisisset habitum.⁊ sic suscepisset postmodum ordines.quia cum esset excõicatus.c.vt periculosa ne cle.vel mo.li.6.solus papa poterit dispensare:vel melius dic ꝙ habebit locum quod dicitur in.c.cum illorum in fi.de sen.exco.De quo vide.s̃.Abbas.§.14.

7 De clericis vel monacis contrahentib⁹ mr̃imoniũ.vide.ĩ.Bigamia per totum.

8 Utrum religiosus apostata sit requirẽdus vide.s̃.Abbas.§.18.⁊ de eius bonis.vide ĩ.Monasteriũ.§.6.

9 Utrum christianus qui propter timorem mortis facit aliquem actum infidelitatis ex terius.puta reuerentiam idolo.licet interi⁹ teneat fidem peccet mortaliter.R̷.ꝙ sic.licꝫ proprie non sit apostata nec excomunicat⁹ facit pro hoc.c.sicut sanctius.32.q.4.⁊ qd̃ ibi notatur.

10 Utrũ liceat christiano sine apostasia por tare habitum infidelium vide.ĩ.Infidelitas §.9.

a Qua benedicta aliquando sit ad reconciliatõem eccl̃ie polute sanguine l' seie.⁊ hec bñdr̃ ab epo solũ cũ vino ⁊ cinere.vt in.c. aqua ⁊ in.c.proposuisti.de ꝯse.ec.l'al.Alñ

fit ad spgeñ hoies vel domus: ⁊ remouen
dam sterilitatẽ rex hũax. ⁊ ad multiplicatõ
nẽ ceterox bonox. ⁊ ad defensionẽ hoium
aduersus insidias atq versutias diaboli. ⁊
ad delenda peccata venialia. ⁊ hec bñdici
tur a sacerdotibus. vt in. c. aquã. de ↄse. di.
3. Nec credo q diacõi possint hãc bñdicẽ.
ar. d. c. aquã. ⁊ i. c. plectis. §. ad psbr. 25. di.
vbi q bñdicere dona dei ẽ offiñ psbox non
diaconi. ⁊ mãdatur omnibus sacerdotib⁹
vt eã faciant. in. d. c. aquã. ⁊ consuetudo in
terptatur. vt oi die dominico bñdicatur.

1 Utx aq̃ ñ sacrata addita sacrate efficiat sa
cra. R. fm rlam glo. in. c. qđ in dubijs de ↄ
se. ec. vel alta. q sic. qz dicit q sacrũ tãq̃ di
gnius trahit ad se ñ sacruz. 13. q. 2. non extie
mus ⁊ alijs cõcor. Qđ intellige vex scõm
Pa. in. d. c. qđ in dubijs i liquoribus. ⁊ in
hijs q mixtõe cõfunduntur. nec facio cãum
an sit maior q̃titas aque ñ benedicte q̃ bñ
dicte ratione pdicta. Fallit hoc i sacro san
guinis xpi. qz liquor additus non miscetur
sanguini: cũ sit ibi sanguis i venis: sed solũ
cõmiscetur accñtibus illis: ⁊ propterea nõ
efficitur sanguis xpi. vt nõr. in. c. cũ marthe
de ce. mis.

2 Utrũ aqua benedicta sit causa remissionis
peccatorum venialium sicut cetera sacramẽ
ta. R. fm Pe. in. 4. di. 2. q nõ. qz ñ est sacra
mentum. sed remissio que fit per ipam fit p
modum meriti non sacramenti. Aqua eniz
benedicta datur ad remouendum, phibens
remissionem ⁊ disponendum ad deuotio
nem ⁊ dolorem peccatorum.

Arbiter ẽ fm Inno. i. c. qn
taual de iureiuran
do ille qui eligitur vt iudex. s. vt p
cedat seruato in sbalibus ordine iudicij. ff.
de arbi. l. i. ⁊. l. qualẽ. Arbitrator ẽ fm eũdẽ
ibidem qui eligit vt aliqd existimet. l qd si
bi videat de aliqua re dicat sine ordine iu
diciario vel ea arbitretur. insti. de emp. §. p
tium. ff. de ver. obli. l. si quis arbitratu. ff. d
le. 3. l. fideicõissa. §. sic fideicomissuz. In mul
tis differt arbitrator ab arbitro. de qb⁹ nõt
doc. ⁊ Pa. in. d. c. qntaual. q̃ omitto.

1 Utrũ arbiter pmittẽs finire tps teneat pti
bus. R. q sic facit tex. in. l. i. §. sciendum in
verbo diuus: iuncto. § precedenti. ff. d ma.
cõue. facit qđ nõr in. l. fi. C. de contrahen.
ẽp. ⁊ in. l. 3. §. tñ. ⁊ in. l. si neiem. ff. de arbi.
⁊ in. l. 2. ff. de proso. glo. insti. de ob. que ex
quasi delic. na. in prin. ⁊ in aut. decernim⁹.
C. de arbi. ⁊ in. l. si quis in conscribẽdo in
fi. C. de pac. Qđ limito vex qñ ex dolo vl
lata culpa hoc facit. al non nisi se obtulisset
q tũc tenet ẽt de leui. Multo magis tenet
ad restõez si iniustã dedit sniam ex dolo vel
lata culpa ⁊ ẽt leui qñ se obtulit.

2 Utrum arbitrator possit die feriata proce
dere in causa ⁊ sniare. R. Pa. in. c. conque
stus de ferijs q sic. quia est amicabilis com
positor ⁊ pacis mediator. facit. c. i. de ferijs
in fi. Concordat Spe. ⁊ Inno. in. d. c. quun
taual. Sed tamen peccat dicit Pa. vbi s.
si ex suo arbitramento solum habetur res
pectus ad complementum contractus. Se
cus si principlr intenderet pacẽ vel aliquez
pium actum. vt i. d. c. i. Et sic intellige Bar.
in. l. si de meis. §. fi. ff. de arbi. qui dicit q pt
procedere ẽt die dñica. Et sequitur Pa. in
c. cum dilectus de arbi.

3 Utrũ feia possit eẽ arbitratrix. R. q sic: ñ
tñ arbitrix. qz hrẽt procedere iudicialr qđ
est officium virile. vt pbat in. c. dilecti de ar
bi. ⁊ in. l. fi. C. de arbi. nisi sit feia que ex di
gnitate hrẽt iurisdictionẽ. vt regina. Uide i
d. c. dilecti in glo.

4 Utx mõachus possit eẽ arbitrator. R. q
sic. qz ẽ offiñ pietatis reducere discordan
tes ad ↄcordiã. ar. c. i instũ. ii. q. 3. ff. pro so
cio. l. si societatem. in aũtico vt iudi. di. §. si
non. 86. di. peruenit. Et q possit esse tenet
Pau. in cle. 2. de resrip. requirit tamen licẽ
tiam abbis Et idem ibi Jo. de ligna. Et rõ
est quia nõ hz nz velle nz nole. 12. q. i. nõ di
catis Oldra. tamen tenuit q ẽt sine lnia ab
batis. Et credo verum si abbas scit ⁊ non
contradicit. quia videtur consentire. Et seq
tur Car. in. d. cle. 2.

5 Utrum monacus possit esse arbiter. R. q
non nisi de lnia abbis ⁊ vtilitate monaste
rij ar. c. 2: de testa. li. 6. vbi non põt esse testa
mẽti executor sine licentia superioris ⁊ vti
litate monasterij. licet sit actus fauorabilis
ergo nec arbitriuz in se assumere. d. c. nõ di
catis. Hoc tenet Bal. in. l. si qui ex consen
su. C. de epi. au.

6 Utrũ arbitrator possit p bono pacis sine
pctõ de iure alterius capere ⁊ dare alteri.
R. Pa. i. d. c. qntaual q sic allz. l. sed ⁊ si in
seruum. §. si quis. ⁊. l. si quis de meis. §. re
cepisse. ff. de arbi. ⁊ Inno. tex. est iũcta glo.
in. c. nisi essent de preben. facit. c. hijs qui ⁊
ibi Pa. de ma. ⁊ obe. ff: pro socio. l. socie
tatem. la. 2. §. arbitrorum. Et non solum in
cãu dubio: sed ẽt in casu scito. ex quo fac p
bono pacis Bal. tenet q non põt ⁊ furtum
comittit. de vsi. feu. Et credo verum dicat
qñ facit sine causa. Secus p bono pacis. qz

multūʒ lucratur q a lite recedit. ar. eoꝝ que nōr. i fi. l. lucius. ff. a d tre. ⁊ nisi nimis enormiter lederet ptem. facit qd nōt idem Pa.

7 Utrū arbiter pro recōpensatione alicuius spūal' possit iudicare dañ tpale. R. Pa. in c. fi. de re. pmu. q ñ. qꝛ cū arbitrium videat quidā ɔctus. vt in aūt. vt diffe. iudi. §. i. Uñ queadmodum per viam ɔctus nō pōt dari aliqd tpale pro spūali sine symonia. Sic nec per viam arbitrij. vt hic.

8 Utrū i ecclīasticis possit ɔpromitti i clicum ⁊ laicū. R. q sic. c. per tuas de arbi. nō tñ vt in iudicibus. qꝛ laicus ē oio incapax huius iurisditionis. vt in. c. decernimus de iudi. ⁊ iurisdītio ɔpeteret cuilꝫ isolidū ⁊ idiuisibiliter. vt nōt glo. in. c. prudentiam. de offi. de le. ⁊ sic mixtura faceret hilem. l. pedius. ff. de arbi. ⁊ qd nōt in. c. cum super de offi. de le. qd eē nō pōt. d. l. pedius. Tenet tñ glo. in c. contingit de arbi. q ēt de spūalibus pōt ɔpromitti in clicum ⁊ laicū auctē supioris.

9 Utruʒ de rebus temporalibus clerici possint compromittere in arbitros laicos. R. fm Inno. in. c. contingit de arbi. q sic. fac c. dilecti de arbi.

10 Utrum cū qs iurauit stare snie arbitratorum possit sine periurio petere reductioēʒ ipius arbitramenti ad arbitriū boni viri qū tale arbitramentum est iniquuʒ. R. Pa. in. d. c. quintaual' multas opi. recitat. Sed in ɔscia colligo ex eius dictis sic. Aut deceptio iteruenit ex proposito. Et tūc respectu cuiuscūqꝫ lesionis pōt peti reductio nō obstāte quocūqꝫ pacto. Rō. qꝛ sicut expresse ñ pōt renūciari dolus futurus. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pac. Ita nec tacite sb gñalitate verborū. Et hoc cōiter sequūt doc. Et dī dolus ex ꝓposito qñ scienter p fraudē: grāʒ seu odium aggrauat ptem alteram. Aut deceptio iteruenit re ipa ⁊ sine dolo arbitratoris. Et tūc si lesio ē modica nō pōt peti reductio. vt in. l. si de iuris. §. recepisse. ff. de arbi. etiam si renunciatio nō interuenit. vt pʒ in. c. nisi eēnt de preben. Aut lesit nō modice. Et cōis opi. est vt possit reduci. Sꝫ hoc credo verum si nō interuenit renunciatio. Si vero iteruenit renūciatio. s. vt possit daf vni ⁊ leuare alteri. qꝛ renūciatio aliqd opatur. ar. c. si papa de priuile. li. 6. ⁊. c. in hijs de priuil. ⁊ in. l. si qñ. C. de inoffi. te. Ideo tunc poterit ratione maxime ⁊ enormis lesionis: ⁊ nō magne. qꝛ ista maxima lesio in dubio videtur excepta. ar. in. l. omnes. §. lutius. ff. de hijs q i fra. cre. Et q possit reduci facit. l. si quis cū alr. ff. de ver. obli. quia satis ē q nō fecit sicut bonus vir facere debuisset. l. si libertus. ff. de oper. li. ⁊ ex q̄ maxima lesio nō fuit expressa non debet trahi vltra intentionem agentis. Ita sentit Bal. in. l. pe. C. de arbi. ⁊. d. Anto. in. d. c. quintaual. Et magna quantitas dicitur respectu psonarum vel cause fm Bal. allē. l. cum filiꝰ §. heres meus. ff. de le. 2. vide bonam glo. i c. fi. de re iud. li. 6. Quid si fuisset dictum vt possit alte ⁊ basse in totum vel in partem ꝺ iure vnius dare alteri. Et sic credo non possit si dolus nō interuenit: nisi additum fuisset illi ptāti verbum restrictiuū. s. alte ⁊ basse prout sibi videbitur vel placebit. qꝛ hec verba important arbitrium boni viri. l. thays. §. sorore sua. ff. ꝺ fideicōis. li. l. i. ff. de le. 2. ⁊. l. quisquis. ff. de le. 3. in prin. vide. ś. Iudicare. §. 3. ⁊. 5.

11 Qūo debēt ꝓnūciare arbitri sniam. R. q i plī. dicēdo. Nos arbitri ꝓnūciamus. ⁊c. Excepto i electione q̄ dꝫ fieri a i singlri vice oium. de re iudi. c. cū ab vno li. 6. ⁊ pñtibus oibus arbitris fm Pa. i. c. sane de arbi. Uerūtñ dicit Bar. in. l. duo ex tribus. ff. de re iud. q si tertius fuit pñs idisceptatoē sup meritis cāe ⁊ dixit qcqd voluit ⁊ monitus ab alijs duobꝰ nō vlt eē pñs: nec alli cām ltiam abñtie q tūc pñt duo ꝓcedē sine ipo tertio. Et qūo pōt mutare sniam vel corrigere. vide. ś. Iudex. §. 25.

12 Cōpromissū ē i duos arbitratores ⁊ non ɔcordāt. nūqd pñt ɔpelli eligere tertiuʒ aut iudex possit ipe eligē. R. recitat Pa. i. d. c. qntaual' Bal. in. c. de inuesti. i ma. facta dicere quosdam sapientes ɔsuluisse q non. Et placet.

13 Arbitrio bōi viri qñ dꝫ dēre reliq l'stari itelligr de iudice ordiario loci. nōt glo. i. c. statutū ꝺ rescri. li. 6. Et seqꝰ Ge. i. d. c. statutū Spe. i ti. de arbi. §. i. ꝟ. sed quis. vbi dicit q bonꝰ vir cꝰ arbitrio dꝫ stari dr iudex loci. l. ɔtinuꝰ. §. cū ita. ff. de ꝟ. ob. ɔcō. lap. abbas.

Rchidiaconus

a ... milia pōt de iure. Sed qꝛ fꝫ Inno. i. c. i. de offi. archi. ɔstōnes ⁊ ɔsuetudines p diuersa loca ꝓualēt i officijs de ɔsue. cū oli de excess. pla. c. ad hec. ipis stab. f. Et iō i officio suo faciet fm q ɔsuetudo pscripta sue ecclie habet. Ubi aūt nō eēt talis ɔsuetudo l' statutum haberēt locum capla totius istꝰ tituli fm eundem Inno. Et sic post epum ē vicarius in omnibus ⁊ habet curam in clero: tam in vrbe quā i parochijs habitantes Et ipos debet de tertio in tertium annum si

epũs non põt visitare. vt i.d.c.i. ⁊ in.d.c.ad h. Debet ascultare euãgelium: ⁊ eplãm. ⁊ responsoria. ⁊ nullus ea in ecclia cãtet. nisi prius ab eo auscultatꝰ ⁊ de eiꝰ iussu. ⁊ ceroserarios ordiare. vt i.c.2. tenet si aliqd ex sua negligẽtia vel alterius fraude depijt de rebus ecclie: nisi ꝓposse ꝓuideat. vt in.c.2. Dꝫ exaiar clicos q sunt ad sacros ordies ꝓmonendi.c.ad hoc. ⁊.c. vt nr̃m. Abbates ⁊ abbatissas ponit in sede sua. vt in.d.c. vt nr̃m que oĩa capl'a sunt i dicto ti. de offi. archi.

1 Utꝝ peccet archidiaconus ꝯñdẽdo epõ dicẽti. Scis hũc esse dignũ. Scio quãtũ hũana fragilitas ꝑmittit. R. ſm Inno. in.c. vnico. de scru. in ordi. fa. ꝙ si talis ordinandus ꝓñtatur a probis põt sana ꝯscia rñdere: dũmodo ñ sciat aliqd mali de eo. ar. de ꝓsũ. dudũ. ꝙ si scit aliqd mali de eo qd̾ ẽ secretũ. dꝫ obtinere a prelato vt eo abñte faciat ordinatõem. Et si ñ põt: vel sine scandalo. tũc ẽt põt sana ꝯscia dicere. qꝛ nõ dicit nisi vt minister: ñ vt ipe: ⁊ ecclia q̃ nihil scit de occultis ꝑ eũ loqt. nec dꝫ omittẽdo talia dicere: idirecte publicare crimẽ fratris secretum. Si vo esset publicũ tale crimen. tunc peccaret mortalr̃ talia dicẽdo. 22.q.2. ꝑmũꝫ sꝰmõ crim̃ ẽ pcm̃ mortale qd̾ scit. secus si esset veniale. vt. 25. di. §. criminis.

Archiepiscopus

Põt i tota sua ꝓuintia exercere iurisdictõeꝫ tollẽdo prauã ꝯsuetudineꝫ ⁊ fulminãdo sniam excõis i seruãtes eã ſꝫ Inno. ⁊ seqtur Pa. in.c. ex freqntibus. de insti. ⁊ sentit glo. in sũma. 9.q.3.

1 Itẽ põt i sua diocesi exñs rõe nõrietatis delicti deliquẽtes suffraganeoꝝ suoꝝ sua snia afficere. Et lꝫ tex. in.c. rõana in. §. notoria de censi. li. 6. loqtur dũ visitat tñ doc. cõiter extendunt in.d.c. ex frequẽtibus ẽt dum non visitat rõe nõrietatis delicti.

2 Utrũ archieps possit absoluere subditos suffraganeoꝝ suoꝝ. R. Ge. in.c. perpetuo. de cẽsi. li. 6. ꝙ nõ põt ligare vel soluere nisi dũ visitat. vt tex. hic inuit: nec ẽt a maiori excommunicatõe absoluere. vt in.c. nuꝑ. §. i fo vo. de sẽ. ex. Et hoc veꝝ nisi ꝑ appellatõeꝫ cã ad eũ deuoluta sit: vel i cãibus sibi spãlr̃ a iure ꝑmissis. de qbus hẽs i.c. pastoral'. de offi. or. i glo. ⁊ i.c. venerabilibꝰ. de sen. ex. li. 6. ⁊ in.d.c. perpetuo.

3 Utꝝ possit añ se crucẽ portari facere. R. ꝙ trãsiens ꝑ ꝓuintiã suã põt. ⁊ bñdicere populo. ⁊ i põtificalibus: ⁊ sine pontificalibꝰ celebrare: ⁊ celebrari facere: tam in locis exẽptis ꝙ̃ non exemptis. Et etiaꝫ episcopꝰ in sua diocesi põt silr̃ hec. Tñ debent fieri sine violẽtia ⁊ grauamie exẽptoꝝ. cle. archiepo. de ꝑuil'. Multa alia que ad forũ ꝯscie ꝑtinent tangẽtia statum archiepoꝝ. vide. j. Prelatus per totum. ⁊ Eps per totum.

Archipresbyter

a ecclie cathedral' dꝫ hr̃e curam qũo alij sacerdotes dia officia celebrent debito mõ ⁊ i abñtia epi põt fontes bñdicẽ: alijs sacerdotibus pniam iniũgere. c.2. de offi. archipsbi. Isti alio noie dñr decani.

1 Utꝝ valeat absoluere oẽs de epatu. R. ꝙ sic oẽs q ad ipm ꝓ pnia recipiẽda recurrũt qꝛ ẽ pochial' sacerdos oiuꝫ de epatu. c. offim̃ co. ti. in tex. ⁊ i glo. ⁊. 50. di. in capite

2 Utꝝ id possit archipsbr̃ rural'. R. ꝙ ñ nisi i quãtũ eps ei dat auctatem. plebibus enim solũmodo. preest ⁊ nihil dꝫ facere sine relatõe epi: ant ꝯ eius decreta. c. fi. eo. ti.

Argumentatio

a minori ad maiꝰ valꝫ affirmatiue. c. si i laicis 38. di. A maiori ad minꝰ valꝫ negatiue. 2.q. 5. si paulus. Et de hoc in.c. cum iu cunctis. de elec. in glo. cum suis concor.

1 A toto ad ptem valet negatiue. 14.q.5. penale est.

2 A parte ad totũ valet affirmatiue. 32.q.4. meretrices.

3 Ab ethiologia nõis. 16.q.i. placuit. el. i. ⁊ 2. sed nõ valet nisi negatiue ⁊ in nomine appellatiuo. qꝛ propria noia iponũt ad placitũ. vt nõt Bar. in prohemio inforciati sup Rica. Limito ẽt ſm Pa. in.c.i. de iudi. verũ qñ nomẽ sumit ex eẽntiali nã sua. vt mutuũ: testim̃. qꝛ hoc veꝝ ẽ. Testim̃ ẽ mẽtis testatio. l.i.ff. de testa. vbi ergo nõ ẽ testatio mentis: nec testim̃. Silr̃ mutuũ est qd̾ de meo fit tuum. l.2.ff. si cer. pe. vbi ergo de meo non fit tuum non ẽ mutuum. Secus qñ imponit nomen ex eo qd̾ deberet inesse inominato. Unde Imperator dicitur Augustus: quia augere debet rem publicã. si non auget: tñ imperatorẽ. vt nõr in prohemio. ff. veteris. Papa pontifex dr̃. qꝛ debet esse põs ꝑ exẽplaritatem vite. Sed si non facit. tñ pontifex ẽ. vt in.c.i. de consti. li. 6. Sic igitur intellige insti. de tutel. in prin. ff. de v. si. l. bonoꝝ ⁊. l. malũ. C. de defen. ci. l. defensores. isti. de dona. §. est ⁊ aliud. C. de ferijs. l. a nullo. C de of. pre. vr. l.i. vbi tex. Sciatis profecto ex ipo noie. qd profecto debeatur annone. Ex quibus patet ꝙ argumẽtũ põt sumi ab inter

pretatione nois. Et sic limita fm Bal. de vasallo milite q arma bellica deposuit illo publico. Si noie pacis nec re hre meris : ec ver: si nom sigt sbaz l'qlitate neciaz ince ali cui sbiecto. vt. ff. d fideicoïs. l. i. l. lucius. t. ff. de pac. l. tale. pactu. §. si. Secus si significat sola simplice demratoz. d. ff. de re. du. l. si cognatis. Et ex h p3 ee veru q scolaes scolastra tes no attedetes nec studetes no gaudent priuilio scolaru. vt t3 Jo. de li. i. phemio cle. adducit no p glo. i. l. vna. C. de sta. li. vr. ro. t vr tex. i. l. si quis. C. de dome. prote. Et io si inhoneste viuunt. Silr e veru q illi qui sut de collegio alicuius artis. sed arte illa n exercet n gaudet priuilio illius artis. vt not Bar i. l. sp. ff. de in. imu. p illu tex. i. §. negotiatores. 16. q. i. gnalr. Et hec facit ta 3 scolares t artifices q3 3 eoz rectores q grauant litigantes cu eis roe priuilioz. Et io si hoc e manifestu credo q teneant ad restoz rectores oiu3 i qbus plus sut gnati. Et silr scolares si tales sut: q no gaudeant: qmuis non sit maifestu. Jn noie at pprio sepe fit. ar. l3 no validu t io hoies querunt bona noia. Et dicebat vxor Jo. an. q si venderet obe rent emi pro magno bono propterea Jo. an. extolit nom ppriu i phemio cle. Silr Accursius in. l. facta. §. si in danda. ff. ad trebel. iterpretando nom suu. Et h euenit. q2 ex horrido noie sepe suspicatur hois sinistru: putantes a prauo euentu ipositum pro hoc vide tex. cum glo. in. d. §. si in danda.

4 Ab auctoritate. 32. q. i. dixit.

5 Ab oppositis l'contrariis. 8. q. i. sciedum.

6 A sili. 2. q. 6. q se scit. 2. q. i. multi in fi.

7 Ab exemplis gentilium. de ver. si. forus de conse. di. i. c. i. vide Bal. in. l. conuenticulam. C. de epi. t cle. quomodo multis aliis modis valet. sed omitto pp breuitatem.

Arra non pretia: sed pignora dnr.

1 Arrar dōatio e argumetu eptiōis vel venditōis. aut alterius contractus qui tamen 3ctus valet sine eis. l. qd sepe in prin. ff. de contrahen. emp. Et pot quis ab emptione t venditione discedere post ipsarum datio nem nisi sint date noie arre t p parte solo nis. q2 cu ps ptij sit soluta res no e integra. C. qn. li. ab ep. di. l. vnica. Utru tn ille p que stat ne contractus perficiatur. qn solum sut date pro arris: ipsas perdit q dedit. t q recepit restituet in duplu. insti. de emp. t ve. §. in hijs. Et idem dic de pignore: dumodo non sit datum extimatum nomine partis solutionis. C. de re. ven. l. pretij.

Utru possint interuenire in matrimonio t quomodo faciunt matrimonium. vide. j. Sponsalia. §. 12. cum se. 1

Arrogantia e qdaz filia supbie

a q qs nimiu se existimas. ceteros qs. j se videt despicit. t qbus psuledo loq. s3 vix dnando dignat. c. i. 47. di.

1 Arrogates dnr. q garrulitate autoritatez putantes humilr nesciunt iferre qd docet. di. 46. §. i. t. c. i. t di. 49. c. hinc t enim circa medium.

2 Arrogantia rusticorum nihil impudentius. d. §. i.

3 Utru sit mortale pctm. R. q sic. qn ex tali supbia ul' cōtētione fit q sit mortalis. Et ppterea vide. j. Supbia t Contentio. Al'coiter peccatum veniale erit.

Arrogatio vide. s. Adoptio.

a

Ars balistariorum vtrum liceat. R. q n Jmmo. phibet sb pena excōicatōis iter xpianos. vt i. c. vnico. de sagitarijs. Qd e verum fm glo. ibidem t doc. i bello iniusto. secus iniusto. q2 data iustitia licitu e qbuscūqz armis vti t pugnare Jmo aduersariu decipe p seductione: parado isidias. vt in. c. dns. 23. q. 2.

1 Utrum artifices qui inter se conueniunt q alios no instruant: aut q non vendant nisi certo modo. t huiusmodi peccent. R. fz Jnno. in. c. significante. de ap. q sic: si fraudulenter faciunt. Secus si ex priuilio l'consuetudine. t. C. de mono. l. vnam. intelligit qn fraudulenter faciut. l'dicit q locum het de psonis t rebus: no de loco l'mo. Al' dic q si faciant ex aliqua ca ltia q l3. Secus si ex auaritia: l'in dānum rei publice. Et sic intellige. d. l. vnicam.

2 Utrum artifices faciētes q p se l'alio admixto pnt ee vtilia. de qbus dicit. l. qd sepe. §. n venenii mali. ff. d contrahe. emp. q flagitiose rei nec emptio: nec mandatum nec societas valere pot peccent mortaliter. R. q sic. ymo omnia mala eis imputabuntur ex ipis venientia. c. si. de iniur. t dam. da. Et hoc videtur tenere Jnno. in. c. i. ne cle. vel mo. qui dicit q in hijs nullo mo l3 negotiari. Sed si posset ee vtile cum aliquo admixto. vt puta pro feris occidedis: vel si sint forte gladij vel colores. quia pnt ee vtilia ad aliqua. s. ad defensione. l'ad colorari hoiem l' muliere rem i casu licito. t pro bona ca licita e i his negotiatio fm eudem Jnno: vbi s. Et hoc credo verum qn existiat. vl'pot existimare

pbabiliter q̄ tal̄ emẽs: vel cui talia dat: vel facit vel it eis vti ad bonũ. Al' tale erit peccatũ talia facere: vel vẽdere aut donare quale peccatũ ẽ tali re vti. Et ex hoc p3 q̄d dicẽdũ de artificibus q̄ faciũt taxillos: cartas: pompas: curiositates. ꝛ huiusmodi. q̄ vt frequẽtius sũt mortale peccatũ ill' q̄ ipsis vtunt. q2 n̄ pñt absolui nisi a tali arte abstineant.

3 Ars siue exercitiũ corporale extrinsecum vtrũ sit licitũ. R. q̄ sic. si hec ↄcurrant. Primũ recta intẽtio: nã cuius finis bonus ẽ. i. intentio: ipm̄ quoq3 bonũ ẽ in his q̄ de se nõ sunt mala. Finis ergo vltius q̄ d3 hr̄i ẽ de⁹ i. cor. io. Oĩa q̄cunq3 facitis: aut i verbo: aut in ope. ꝛc. Finis ppinquus d3 esse aliq̄d rõnale: vt subuẽto pximi: vel sue necessitatis ad eph. 4. Operet manibus suis vt hẽat vñ tribuat necessitatẽ patiẽti. Qui ergo laborat laboret vt corpus exerceat ne occio torpescat: vel vt lucrũ acqrat quo se ꝛ suos gubernare possit: vel vt alijs subueniat vñ viuere possint virtuose. ꝛ sic ad gl'iã pueniant. Si q̄t alia intentõne q̄s facit artẽ aliquã tale est peccatũ: q̄lis ẽ intẽtio praua quã h3. Secundũ q̄ opus ip3 ñ sit ꝓhibitum a deo vel ab ecc'ia: vel a legibus. sicut ẽ ars vsure ꝛ oĩa q̄ ñ sunt nisi ad peccatũ. vel malũ ꝓximorũ. Tertiũ q̄ fiat mõ debito ꝛ cũ debitis circũstãtijs. s. tpe debito. nõ festiuo de quo dic. vt j. Ferie p totũ. Itẽ sine fraude. vel dolo: piurijs: mendacijs: ꝛ huiusmodi. q2 tale pecĩi erit. ars: quale mala circũstantia cũ qua fit. Quartũ q̄ fiat ab eo q̄ ñ ẽ ꝓhibitus. Nã q̄dã sũt q̄ clicis ꝓhibent. vt. j. Clicus. 9. p totuz.

Scisinus

a **Scisinus** f̄m Archi. i c. pro hũani de homici. li. 6. d' ascindo scidis. q2 scindũt aiam a corpe. Isti ꝓprie sũt q̄ nõ subsunt dñio alicuius: sed ꝓ pecũia occidũt hoies ad alicuius instãtiã s3 p̄dictũ Archi. Alij volunt q̄ sint q̄dã infideles q̄ faciliter q̄rũt interficere hoĩes. ñ curãtes si ipsi itersiciant. ꝛ q̄ sint sub dñio alicuius vl' ñ refert s3 Jo. de Imo. ꝛ seq̄tur Ge. i. d. c. ꝓ hũani.

i Que pena ꝓcurantiũ mortẽ alicuius p tales. R. q̄cunq3 p̄nceps ꝛ quantumcũq3 magnus p̄latus seu q̄uis' alia p̄sona ecc'iastica vel secularis quẽpiam xp̄ianoꝝ p p̄dictos occidi fecerit vel mandauerit: q̄uis mors ñ sit secuta aut eos receptauerit vel occultauerit: aut defensauerit. excõis ꝛ depositõis a dignitate: hõre: ordine offõ ꝛ beneficio incurrit sñias ipso facto. Est ẽt cũ suis bonis mundanis oĩbus diffidatus a toto xp̄iano populo ꝑpetuo. Nec requirit alia sñia post q̄ ꝓbabilibus ↄstiterit argumẽtis istud scelus cõmisisse. hec in. d. c. pro humani.

2 Utrũ tales diffidati possint interfici ĩpune R. Ange. de pusio ↄsi. i3. ꝛ seq̄tur Ge. in. d. c. ꝓ humani. q̄ sic. nedũ p iudicẽ: sed ꝛ per quemcũq3 priuatũ. q2 idẽ ẽ bannire. ꝛ diffidare q̄d statuere ꝛ p̄cipere vt ĩpune possit occidi. vt nõr. C. de accu. l. reos. Qd̄ i ↄscia liceret q̄ñ fieret zelo iusticie: al' non.

3 Utrũ clericus taliter diffidatus sit spoliatus oĩ priuilegio clericali. R. Ge. in. d. c. pro humani q̄ sic ꝛ sine alia d̄gradatõe põt occidi vel verberari sine excõe vel alia pẽa.

4 Utrũ bona p̄dictoꝝ sit capiẽtiũ. R. q̄ sic si sunt bona mũdana. Aduerte tñ hic f̄m Archi. ibidẽ q̄ req̄ritur pri⁹ sñia iudicis declarantis ip3 asasinũ vel fautorẽ taliũ añq̄ liceat ↄ tales ꝓcedere i p̄sonis vel bonis. Et ad tex. d. c. pro humani rñdet ñ req̄ri alia sñia s. q̄ det licẽtiã occidẽdi ꝛ huiusmodi. q2 sufficit sit declaratus ascisinus: vel fautor. Qd̄ nõ. q2 facit ad multa.

Astrologia

a **Astrologia** nihil ↄfert ad salutez sed potius mittit in errorẽ. ꝛ ideo a quolibet fideli est postponẽda. 37. di. § . s3 ↄ. 26. q. i. illud circa fi. ꝛ. c. sed ꝛ illud.

Astutia

a **Astutia** ꝓprie f̄m Tho. se se. q. 55. ẽ cũ quis ad ↄsequendũ aliquẽ finẽ bonum vel malũ vtit nõ veris medijs: sed simulatis ꝛ apparentibus. q̄d quidẽ ẽ ↄ rõnem ꝛ cõtra prudentiam ꝛ peccatum. Aliquando tamen dicitur prudentia pp similitudinem. s3 im ꝓprie. vt prouer. prio vt det puul' astucia

i Astutia large ẽ quedã apparens fictio seu simulatio. Et põt dupliciter fieri. Prio ad bonum alterius ꝛ ad nullius malũ iniuste. ꝛ sic nõ est peccatum. vt p3. 22. q. 2. in. c. vtilem vbi ponitur quomodo xp̄s ꝛ dauid ꝛ alij ꝓsi sint simulatione ꝛ sancte. ꝛ glo. dicit ibidem q̄ dolus contra hostem bonus est. 23. q. 2. dñs. ꝛ. 43. di. in mandatis. ff. de cap. ꝛ postli. re. l. nihil iterest. ꝛ. 14. q. 5. dixit. Qd̄ verum credo: dũmodo mendaciuz non dicatur. ꝛ hostis sit nobis contra iusticiaz hostis. Secundo modo astutia seu simulatio fit ad fallendum proximum. Et sic semper est peccatũ. 27. di. q̄d interrogasti. i2. q. i. certe. Et aliq̄ñ ẽ veniale peccatũ aliq̄ñ mortale f̄m nocumentũ q̄d infert ꝓximo vel intẽdit iferre. ex ca. vt puta de re notabili: sic ẽ mortale. ar. c. primum. 22. q. 2. Et hoc etiam si fieret propter bonum alterius. quia nulli facienda ẽ iniuria ꝓ alterius bono. d. c. primũ.

A Et de hac habes. j. prudentiā. §. 4.

Auaritia

ƀz Tuliū ē iordinatus amor hn̄di. Et dr̄ inordinatus dū qs supra modū mēsure q̄rit l' retinet ditias. Nā bōa exteriora hois cōsistē debēt i q̄dā mēsura. s. ut q̄rat hēre ditias put sūt necessarie ad uitā: ul' suam pdōnē. Et sic auaritia sp est peccatū ƀm Tho. ƀa ƀe. q. 118. Pro cuius declaratione est notañ ut elicio ex dc̄is alex̄. τ Tho. ubi s. q̄ auaritia psistit i trib⁹. s. appetēdo i acq̄rēdo τ in retinēdo iordinate res tēporales

1 Utrū aūt sit peccatū mortale auaritia q̄ psistit i appetēdo. ℞. q̄ sic tribus modis. p̄mo appetendo aliena illicite uoluntate deliberata. ita q̄ pcederet in opus si eēt facultas. Et isto mō ē mortale peccatū. q2 ꝯ illud p̄ceptū. exo. 20. Nō concupisces rē pximi tui. Posset tñ eē ueniale peccatū pp modicitatē rei appetite. sic̄ dicit̄ de furto. j. furtū §. 34. Secūdo est mortale peccatū cū appetit deliberate illicita q̄ sine peccato mortali teneri nō pñt. pū. bñficiū ecclesiasticum cuꝫ sit indignus. Tertō posset eē mortale peccatū qñ appetit supflua appetitu suffocāte totalr̄ mentem a debita cura sui τ necessaria psideratōe diuoꝝ ut pꝫ in. c. idolatriā. 28. q. i τ facit. c. cū ois auaritia. i. q. i. Supfluo igit̄ amore desiderare ditias: dūmō sit infra deum. ut puta q2 nec illicito mō. nec illicita ul' let. nec pp hoc dimittit necessaria ad salutē coiter est peccatū ueniale

2 Utrū auaritia i acquirendo sit mortal'. ℞. q̄ sic duobus modis. Primo si acquirit p illicitū ꝯctū dia l' humana lege phitūꝫ. puta p usurā: rapinā. falsū ꝯctū τ huiusmōi. Secundo si acquirit p opa que sūt peccata mōtalia: q̄uis ēt nihil acquireret ut adulterari τ similia. Si uēo talia opa q̄uis illicita: nō eēnt peccatū mōtale. tūc auaritia nō eēt mōtalis: ut puta cū aliquis cōpōit uerba iocosa ad lucrū. salua tñ honestate. sed eēt ueniale peccatum: sicut illud per quod querit.

3 Utrū auaritia i retinendo sit mortale peccatū. ℞. q̄ sic tripl'r. Primo cū retinet sciēter ea q̄ restituere tenet̄ τ pōt. c. sepe ꝯtingit de resti. spo. τ totiens quotiens pōt restituere τ dispoīt nō restituere. ar. d. c. sepe. Secundo cū retinet ea que sūt ultra suā necessitatē τ sue familie uidens. aliquē i extrema necessitate q2 tenet̄ ei de tali superfluo sub uenire de p̄cepto. ut dicit Ri. i. 4. di. 15. De quo uide. j. elemosina. §. 1. Tertō cū retinet supflua rōne pdecentie sui status q2 de ipis tenet̄ facere elemosinas: ēt nō extūbus i extrema necessitate ƀm Ri. ubi. s. Et hoc intelligo cū retinet amore inordinato. Secus si teneret ut loco τ tempore dispensaret. q2 ñ tenetur simul talia superflua dare. In alijs aūt casibus cōmuniter est ueniale

4 Que sunt eius filie. ℞. q̄ multe. Ipa ē q̄ fecit meū. τ tuū ꝯ ius nāle qd̄ oia cōia fecerat. 8. di. §. differt. 47. di. sicut. 12. q. i. dilectissimis. τ. c. duo. Ipa in terrenis facit fortes i celestibus debiles. 47. di. omēs hui⁹ seculi. Ipa excecat rōem τ gratius fac̄ uidere aurū q̄ solē. d. c. sicut. τ. 37. di. nōne. Ipa facit idolatrare τ fornicari. 28. q. i. idolatriā. τ. i. q. i. cū ois auaritia. Itē facit adulari regib⁹ ut captent alienas hereditates. d. c. nonne. Ipsa furtū. rapinā: usurā: fraudē: falsitatē iniustitiā: simoniā: acceptionē personaꝝ pditionē: turpe lucrū: inmisericordiā τ inquietudinē parit. de quibus uide in titulis suis. Et breuiter ipa est oium maloꝝ radix. 47. di. bonoꝝ auctori. τ. 23. di. hijs ergo. Ipa maiorē reuerentiā exhibet auro q̄ deo. 47. di. sic̄. Ipa excecat mētē. de p̄ben. quorūdā li. 6. τ i. c. 5. de ellec. li. 6. dr̄ auaricie cecitas

Audatia

utr̄ sit peccatū. ℞. q̄ sic ƀz q̄ dic̄ excessū passōis g. ppe dr̄ audatia. d̄ q̄ eccle. 8. cū audace ne eas. τ oppōit̄ fortitudini q̄ ē ꝯ timores τ audatias.

Agere

an phibeat̄ q̄ ē phibitus acgrē? ℞. Be. i. c. cū ex eo. de exces. p̄la. li. 6. q̄ ñ. q2 phibitus acgrē nouū ius i re nō dr̄ uenire ꝯ phibitionē lꝫ augumentet p̄stinū quod hēbat añ phibitionē. ut est casus in. c. fi. ƀo. ℞ de pces. p̄bē. li. 6. Uide. j. loca. §. 3.

Augurium

qd̄ fit i psideratōe auiū ad sciētiā futuroꝝ ē ex traditiōe maloꝝ angeloꝝ 26. q. 2. q sic. Utr̄ hāc artē exercet̄ sit licitū? ℞. q̄ uaitas ē τ supstitō. 26. q. 2. c. illd̄. ymo ē idolatrie cultus augurij supstitionibus iplicari. 26. q. 2. sed τ illud. Et sic pꝫ q̄ ē peccatū mōtale. Et pfirmat̄ hoc: q2 in. c. augurijs 26. q. 6. dr̄ q̄ augurijs seruiens est ab ecclia sepand.⁹ Sꝫ de h̄ latius uide. j. sortilegiū.

Austeritas

idiscreta i uigilijs τ orōib⁹ reph̄edit̄. d̄ pse. di. 5. ñ mediocrit̄. Et possꝫ eē mōtale pctm̄: vꝫ qñ nōbilit̄ ledēt uitā ppā τ sciēt' l' ex tali idiscretōe q̄ pueniret ex lata clpa. ut pꝫ ex. d. c. nō mediocrit̄ qd̄ demonstrat eos cōmittere rapinā

Austeritas i imperando est quando non cū tranquillitate corrigit' ſꝫ aspere subditos

inflectē festinat. 46. di. hoc habet.

Austerus non debet eē dispensator ubi deus est benignus. 26. q. 7. alligant in fi. Melius est p mansuetudinē peccatores ab errore eruere. q̄z p austeritatem in foueā pditionis ppellere. 45. di. recedite. q2 austeritas imoderata nec corectiōem inducit. nec salutem. 45. di. cū beatus. Et sic p3 q nec nimia austeritate exacerandi sūt subditi n3 nimia benignitate dissoluendi. 45. di. disciplina.

Alistariorum

ars quo phibet. vide. s. ars in pn.

Balneum

vtrum sit intrādū3 die dn̄ica. R. p uoluptate aut luxuria omni tempore phibetur. p necessitate aūt l3. ut ē tex. in. c. puenit. de conse. di. 3.

Utrum liceat clericis ul' religiosis balnea intrare? R. q sic cā necessitatis. ut p3 ex tex 24. q. i. omnis qui.

Utrum liceat balneum intrare cum mulieribus? R. q nō. ut est tex in. c. non o3. 81. di. Jmo ut dicit glo. ibidē. Si uir ingredit balneum cum muliere extranea: donatione pp nuptias priuatur. τ mulier dote si cum uiro alieno habuerit balneum. ut. C. de repu. l. ultima. §. inter culpas. Jmo infamis ē q tenet mulieres custodientes balneatorū uestes. ut. l. athletas. ff. de hijs qui no. infa. §. aut ptor.

Utrum liceat balneum intrare cum iudeo R. q non ulli xpiano. τ si clericus est. dbet deponi. laicus excōicari qui cum iudeo se balneat. 28. q. i. nullus.

Annum.

Qualiter puniat bāniēs epm uide. j. Excōicatio. 5. casu. 9.

Utrum iniuste bāniens aliquem teneatur ad restitutionem de amisis rōne talis bānitionis. R. q ultra peccatum mortale quod incurrit tenetur ad restitutōnem sm Jnno. in. c. si. de hijs que ui. me. ue. cā. fi. ff. qd me. cā. l. si cum exceptione. §. pedius. q2 bānitō eius fuit amissionis occasio. d. l. si cum §. in hac actōne. Nec ob. ff. eo. l. metum in pnci. ubi sentiens armatos contra se uenire τ fugiens si occupatus fuit fundus quē fugiēdo dimisit: n̄ tn̄r armati. q2 logt qn̄ mes fuit uanus. q2 forte 9 eū nō ibant. s3 si pmisissent ire 9 eū τ huiusmōi bene tenerent de oi dāno qd iuraret sibi contigisse eo2 occasione ar. dicta2. l. τ. d. c. si. τ. 2. q. i. i pmis. De bānis que debent fieri in matrimonio. vide. j. Clandestinū i pn. de bannitione que ē diffidatio. vide. j. diffidatio.

Utr2 bānitus aittat q̄ sūt iuris ciuil'? R. s3 Bar. aut ē bānitus tal' q pōt ipune offēdi Et sic si ē bannitus iperij pdit. Si uero ē bānitus alicuius ciuitat' l' regni sic nō pdit ea q̄ sūt iuris cil' ciuiū roāno2. s3 ea q̄ sūt ppa illius citatis l' regni. hoc nōt Bar. i. l. aissiōe. ff. de ca. di. Et addit q ad hoc ut sit tal' bānitus duo reqrunt. Primū q sit iobediens τ aufugerit ab ipio cui subest. τ sic exbanit9 Secundū q i hostiū nūo se 9ferat. τ h3 eū p hoste Si aūt qs eēt bannitus. nō tn̄ hēretur ut hostis. nec posset offendi ipune ex fōma statuti. tūc tal' nō pdit ēt ea q̄ sūt citatis. Et sic p3 quō pōt facere testm̄ l' succedē. q2 pmus nō pōt. s. bannitus ipij. Alius bannitus citatis pōt. τ multo fortius bannitus q nō pōt offendi. s3 secundus pōt sm ius cōe secus in successione sm statuta ciuitatis.

Baptismus

pmo quottuplex ē? R. triplex. ut dic Aug. li. 4. de vnico baptio. τ d 9se. di. 4. c. baptismi uicē. s. fluminis. de hoc Jo. 3. venit Jesus in terrā iudeam τ baptizabat. τ iste ppe di baptism9 alij aūt methaforice. q2 uterq3 instar baptismi h3 purificare. τ p 9n̄s uicē eius iplere. Secundus est baptismus sanguis. Jo. 12. Baptismo hoc hēo baptizari. τ iste est baptismus potissimus. de 9se. di. 4. cathecuminus baptizatus. Tertius est baptismus flais siue spiritus sancti. de quo act. 2. Uos autez baptizabimini spiritu sancto. τ iste est propositum suscipiendi baptismum modo debito si dabitur facultas. vnde istud non congruit nisi adultis habentibus vsu3 ratōnis. dicto. c. baptismi uicem. Jste baptismus non equipolet pmo quia non remittitur tota pena debita peccatis sicut i pmo. s3 plus τ minus sm suam deuotionem. Jtem per istum non imprimitur caracter. Jtem priuat iste ecclesiastica sepultura. sicut τ cathecumini. q̄3uis p eis oret ecclesia. Jtem in isto requiritur contritio ut saluetur. sed non in primo sed solum attritio. Secundus uero baptismus excedit pmum quo ad pmium accidentale. quod est aureola et etiam essentiale sm Pe. de pal'. in. 4. q2 plus de gratia confert. sicut est ibi maius opus sed non imprimitur caracter per ipsum sicut per pmu3 Et iste secundus est cōmunis adultis τ paruulis. quia si paruuli interficiantur pro christo. puta in detestationem fidei christi qua3 tenent parentes eius sunt martires sm theologos. τ sm Pe. de pal'. in. 4. ēt si essent i

uentre. ⁊ in despectū christi mater percussa abortum faceret: uel interficeretur. Sȝ qa hic intendo tractare d̄ baptismo fluis. Jō videndum est quid sit baptismus fluminis? ℞. baptismus est exterior hominis ablutio cum certa forma verboꝝ sm̄ Magistꝝ sen. in. 4. di. 3. Jn quo sm̄ Inno. in Rubrica de baptismo sunt tria sicut in sacramento altaris. Unuȝ qd̄ est tantum res sacramē ti. s. gratie infusio ⁊ peccati remissio. Secūduȝ qd̄ est tantum sacramentum. s. aqua abluens ⁊ ablutio passio: intelligo cum debita forma verboꝝ. aliter non. i. q. i. detrahe. Tertium quod est sacramentum ⁊ res. s. caracter. A qua ergo verbo domini sāctifica ta, ꝓꝓe est sacramentum sicut spēs panis ⁊ caracter: sario sicut uerum corpus christi vtrum sit de necessitate. ℞. sm̄ Bo. in. 4. sen. di. 3. ⁊ Ri. ibidem ꝙ post tempus passionis christi: ex quo euangelium ē publicatū. qlibet ēt sāctificatus in vtero debitor eē cepit ipius baptismi: ex quo ad eum institutio peruēit. Unde aduerte ꝙ nisi aliquo dictoruȝ baptismoꝝ quis suppleat uicem baptismi fluminis d̄ānabitur nisi eo fuerit baptizatus. sed adultus ēt punietur pena sensus ex tali omissione qꝛ peccat mortaliter nō suscipiendo. ex quo ad eum peruenit īstitutio sed paruulus carens vsu ratōis solūmodo punietur pena damni. Sed aduerte ꝙ non pōt suppleri baptismus fluminis aliquo mō qn̄ hētur oportunitas ipȝ capiēdi si n̄ capit

B Aptismus 2. Queritur q̄ sit forma baptismi. ℞. sm̄ doc. in. c. i. d̄ baptismo est hec. Ego te baptizo in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti amē. ponitur ēt de ꝯse. di. 4. c. a quodam ⁊. c. multi.

1 Utrum ego sit de substantia. ℞. Inno. in. d. c. i. cum glo. ꝙ non. ⁊ tex. est i. c. retulerūt de conse. di. 4. ꝙ est baptismus. licet omittatur. ego. Et Ri. in. 4. di. 3. ar. 2. q. 3. concordat ꝙ non est de substantia. Ego.

2 Quid si dimittatur te. ℞. Inno. in. d. c. i. ꝙ nihil fit. Esset tamen baptismus si pro isto ꝓnomine te poneretur nomen ꝓprium illius quem baptizat sm̄ Pe. aureolum in. 4. sen. di. 3. q. 2. Peccaret tn̄ grauit̄ si sic facēt.

3 Quid si diceret. Ego te linio. Jn nomine patris ⁊ filij. ℞. Pe. au. vbi. s̄. ꝙ non esset baptismus. quia oportet exꝓmat verbum denotans ablutionem. sicut baptizo. i. abluo te. n̄ linio te ⁊ huiusmodi qꝛ nihil facēt

4 Quid si vnus baptizans diceret. Nos te baptizam⁹. ℞. scd̄s Bon. i. 4. di. 5. ꝙ eēt baptismus. qꝛ coīter dicimus nos. Et hoc uerꝝ nisi itēdēt aliū sēsū iducē. qꝛ tūc n̄ eēt baptismus. Unn̄ tȝ Sco. i. 4. di. 6. ꝙ si plūes baptizādo dicēnt. nos baptizam⁹ ⁊c̄. ꝙ n̄ eēt baptismus. qꝛ n̄ repn̄tāt xp̄ȝ q ē vn⁹. Sȝ Bo. itēdit dicē ꝙ ē bapt. sm⁹ qn̄ ꝓ nos intendit dicere Ego. sicut faciunt domini.

5 Quid si qs dicēt i plū. Ego uos baptizo? ℞. Pe. au. vbi. s̄. ꝙ sol⁹ dȝ baptizari ⁊ i singulari. Et faciēs ꝯtrū: grauit̄ peccat nisi necessitas subesset. qꝛ tūc licēt. vt fecerūt aplī.

6 Quid si omittatur in. ℞. Gualdensis ꝙ non est baptismus.

7 Utrum possit dicere. Jn nominibus patris ⁊ filij ⁊c̄. ℞. Pe. au. vbi. s̄. ꝙ non. sed in singulari. s. Jn nomine patris. ⁊c̄. quod idem est ac si diceret. Jn virtute sancte trinitatis. s. patris ⁊ filij ⁊c̄.

8 Quid si dicatur. Ego te baptizo innomine christi. ℞. qui s̄. ꝙ non eēt baptizatus. licet dispensatum fuerit aplīs ad gloriam nominis christi. Glo. tn̄ in. c. quodā. de conse. di. 4. tenet ꝙ sit baptizatus per dictum. c. Ego credo indubio iterum baptizandum sm̄ modum. vt. j. Baptismus. 4. §. 10.

9 Utrum sit baptizatus si dicatur. Jn nomine trinitatis. ℞. ꝙ nō. sm̄ glo. in. d. c. quodā facit. c. multi ibidem

10 Quid si dicatur. Innomine genitoris ⁊ geniti. ⁊c̄. ℞. qui. s̄. ⁊ communiter Theologi ꝙ nihil sit. qꝛ ista nomina patris ⁊ filij magis nominant yposteses q̄ȝ genitor ⁊ genitus. Gofre. ⁊ Jo. tenent ꝙ sit baptizatus. sȝ ꝓmū uerius. Et iō indubio ē baptizād⁹ iteꝝ

11 Quid si non dicatur copl'atiua. ⁊? ℞. Inno. in. d. c. i. ꝙ ualēt si poneretur loco e⁹ qȝ qꝛ nulla est differentia iter has copulatiuas et ⁊ qȝ. Alias non ualeret.

12 Sed quero utrum sit de necessitate ꝙ ꝓferatur in latino? ℞. Aureolus ubi. s̄. ꝙ sic a latino qui scit litteras. Ab eo uero qui latinus est: sed litteras nescit proferantur i vulgari. A greco i greco sermone. Et licet grecus si proferat in latino ⁊ latinus in greco: aut in vulgari sit baptismus. tamen peccat. Tu aūt dic ꝙ dȝ ꝓferre i ea lingua in q̄ melius pōt ꝓferre uel lr̄ali uel vulgari

13 Utꝝ regrat ꝯtiuatio i ꝓlatōe d̄cē forme? ℞. Au. vbi. s̄. ꝙ sic. n̄ interponēdo historiā Et crdo ꝙ si nōbil' eēt discōtiuatō: nihil fieret. sec⁹ i modica discōtiuatōe. pū. tussis ul' silentij ⁊ huiusmōi que intētiōeȝ n̄ discōtiuēt

14 Utꝝ possit fieri trāspositio i d̄cis v̄bis. ℞ Au. vbi. s̄. ꝙ n̄ ⁊ peccat grauit̄ trāsponēdo lȝ baptizatus sit nisi. trāspōsitō mutet sēsuȝ

ut dicendo. Ego te p̃ris τ filij baptizo ino-
mine sp̃s sancti: uel nisi intẽdat iducẽ erro
rem. q̃ non baptizaret.

15 Quid si ꝓferant corrupte p̃fata verba? ℞. Au. vbi. s̃. q̃ si sit ex ipotentia ñ est peccatū Ex ioco est peccatū graue. tñ baptismus est Ex mala nõ itentione est peccatū grauissi-
mū. τ ñ erit baptizatus. q̃ sit baptizatus in duobus p̃mis casibus. pꝫ in. d. c. retulerũt. d̃ ꝯse. di. 4. vbi ille dicebat. Ego te baptizo i nomine patria τ filia τ sp̃u sancta. Ratio f̃m glo. ibidẽ. q̃ error sillabe nõ nocet. ut. ff. de ma. te. l. qui hẽbat f̃uuꝫ. maxie in fine dictõis. Secus eẽt i p̃ncipio uel medio. Uñ tene q̃ qñ aliqua dinutio. uel corruptio in teruenit in forma p̃fate ꝓlationis: ñ ex ma-
litia q̃ si morit̃ stati: credeñ est q̃ deus sup pleat. τ tal' sepeliẽdus ẽ in cimiterio. Si uõ supuixerit reiterañ est sub ꝯdictione. nisi in casu qñ certũ ẽ q̃ nõ mutat aliqd de eẽntia p̃fate forme. sic ẽ error lr̃e solũ: maxie in fi.

16 Utrũ sit necessaria exp̃ssio vocal'? ℞. sanctus Bo. i. 4. di. 3. ar. i. q. 2. q̃ sic. vñ siñ v̄bo vocali nulli' ẽ efficatie. facit. c. detrahe. i. q. i

17 Utrꝫ sit necesse q̃ ꝓferant cũ fide? ℞. scũs Bo. vbi. s̃. ar. 2. q. 2. q̃ ñ q̃ baptismus non est sacramentũ singl'ris ꝑsone. Jõ fides per sone nihil ꝓdest nec obest. sed est sacramñtũ eccl'e xp̃i. vñ qcquid sit de fide cõdis ꝑsone baptizantis iudicandũ ẽ f̃m exp̃ssiõeꝫ oris

18 Utrꝫ grecus q dic̃ baptizet̃ Pe. in nomĩe p̃ris τ filij τ sp̃ũs sancti. rite baptizet? ℞. co munis opi. theologorꝫ in. 4. di. 3. ẽ q̃ sic. q̃ in forma baptismi reqrit̃ p̃mo de necessita te vnũ ꝑtinẽs ad sanctificatõem elemẽti qd̃ est inuocatio trinitatis. Aliud ꝑtinens ad d̃ terminatõnem intentõis mĩstri. s. exp̃ssio ac tus baptizandi. τ circa istud ꝯcurrunt duo s. exp̃ssio ip̃ius actus τ ꝑsone in quã transit actus. Et ista sunt d̃ necessitate baptismi. sed modus exp̃miẽdi est ex instituõne eccl'e. Et iõ peccaret mortal'r latinus sic baptizans. sꝫ ñ grecus. Securius credo q̃ iterꝫ baptizet̃ ꝑꝑ dubium q̃ alij ꝯdicunt.

